

Q. 166. II

(K1973673)

Ve  
354

# ORATIO PANEGYRICA SOLENNIS

*Quâ*

DUPLEX *QVÆSTIO JURIS RESOLVITUR*

I. Num Jus Saxonicum rectè dica-  
tur à Colero Decis. 117. omni carere ratione, vel etiam ab  
Henningo Göden Glossa ejus jure meritoque vocari  
possit diabolica, quod in illis Juramento Calumniæ Ge-  
nerale in desuetudinem abiisse affirmatur.

II. Num Doctores Juris legitimè  
promoti in Academiis & Juramento Doctorali jam obli-  
gati ad Justitiam. denuo in Judiciis sint Juramento Calumniæ  
gravandi, si vel Advocatorum, vel Procuratorum mu-  
nere fungantur.

-ed cu Die VI. Aprilis ANNI M DC LXXVI.

In TEMPLO ARCIS & Honoris,  
Habita & publice recitata

WERNERO THEODORO MARTINI,

J. U. D. Scr. Elect. Sax. in Appellat. Judic. Consiliar. & Pand. P. P.  
h. t. Brabevra & iussu Facultatis Juridicæ QVINQUE VIRIS - Jurium Licen-  
tiatis Nobilissimis & Consultissimis, qvorum nomina in Actu procla-  
mationis recensentur, Supremum in utroqve Jure Gradum  
DOCTORALEM decernente.

WITTEBERGÆ,

Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.  
ANNO M. DC. LXXVI.



200, III  
VIRIS  
**NOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS,  
ET CLARISSIMIS**  
**DNN.**  
**D. VOGELIO, D. NÆFIO, D.  
BEINRADO, D. LENZIO,  
D. SCHLEENSTEINIO.**

*Die VI. Aprilis Anno 1676.*


*in Templo Arcis Academiæ VVittebergensis  
jussu & decreto Facultatis Juridicæ solenni ritu à  
se Promotore creatis, proclamatæ.*

*Dnn. Compatri, Fautoribus ac Amicis suis  
bonoratis finis.*

*Orationem hanc solennem in illorum ho-  
norem habitam, nec non in perennem memoriam  
typis publicis excusam, tanquam immortale ac per-  
petuum sinceri Affectus, fidei, benevolentia, amo-  
ris, ac amicitia p̄gnus*

*offerat, dicat, dedicat*

**VV. T. MARTINI D.  
& Promotor.**





D.  
**RECTOR ACADEMIÆ  
MAGNIFICE,**

*Viri Illustres & Generosissimi, Maxime Re-  
verendi, Consultissimi, Experientissimi, Ex-  
cellentissimi, Clarissimi, Patres conscripti,  
Omnium denique Ordinum Auditores  
honoratissimi. &c.*

*Patroni, Collegæ, Fautores ac Amici  
plurimum colendi.*

Onscendentī mihi hanc Cate-  
dram & verba qvædam in so-  
lenni hac Panegyri Doctorali  
facturo, illud Caji Romani Jetti l. i. f. d. o. j.  
non incelebris obviam occur-  
rit, qvo asslerit, in foro causas dicentibus ne-  
fas videri, nullâ præfatione factâ judici rem ex-  
pone-

ponere , & interpretationem promittentibus  
esse inconveniens , omissis initis , atque origi-  
ne non repetitâ , protinus materiam ipsam tra-  
etare interpretationis , quod tales præfationes  
& libentius nos ad lectionem propositæ mate-  
riæ producant , & cum ibi venerimus , eviden-  
tiorem præstent rerum ipsarum intellectum ..  
Secundum hoc effatum Caji nostri nec ego pec-  
care videbor , si ante Collationem honorum  
Doctoralium , præsentibus & in Catedra hujus  
templi inferiori astantibus Viris Consultissimis  
& Nobilissimis , hodierna die à Facultate nostrâ  
Juridica decretam , aliqua vel utar præfatione ,  
vel ex recepta consuetudine brevi & solenni  
quadam Oratione . Et cum præsertim ex piâ  
& devotâ mente Imperatoris Justiniani , tunc  
demum omnia benè cedant feliciter & com-  
petenter gerantur , si Principium sit decens & a-  
mabile Deo , magisqve indecorum sit , imo im-  
pium , omissis precibus , quam illotis manibus  
rem aggredi , ideoqve ne impietatis notam in-  
simul incurramus , in hoc Sanctissimo & cultu  
divi-

divino à Majoribus nostris destinato loco, temploque jussu Serenissimorum Fundatorum Academiæ ritibus & Actibus solennioribus consecrato, laborum jam merito nostrorum ab invocatione Numinis divini pium facimus initium. Tibi igitur Summe Deus, Omnia nostrum Conditori, Salvatori & Sanctificatori, ex intimis cordis penetralibus decentes easque maximas persolvimus laudes, qvod præsenti & turbulentissimo Imperii Romano Germanici, imo universæ propemodum Europæ statu, qvo strepitu bellorum undique personant regna, & provinciæ Germanæ armorum æstu flagrant, nobis licet adhuc tam dulci frui otio literario. Tuum, Pater Clementissime, beneficium est unicè, qvod Academia nostra hisce exulceratissimis temporibus, cū plerisq; aliis Germaniæ schoulis celebrioribus, non penitus decumbit. Gratia tuâ sumus, qvod sumus. Benignitatis tuæ est, qvod hodienum nobis licet & in Catedrâ publicâ ortodoxam contra hæreticos & heterodoxos, eandem unicam, veram & sinceram defen-

defendere religionem, illamqve ipsam in *Lutheri*, *Megalandri* nostri suggestu piis inculcare Auditoribus, sine metu prorsus & reverentia Papali. Divinæ tuæ sapientiæ tribuendum est munus, qvod nobis concessum est, in foro pariter & scholis nostris, legum divinarum insimul ac humanarum doctrinam tradere, custodire, exercere, & in tot celebrioribus Electoratus Saxonici judiciis in succum & sanguinem convertere. Solius denique tuæ munificentiae & liberalitatis est, Alme Pater, qvod nec hodie desint nobis in hac Academiâ Hyppocrates & Galeni, à qvibus sanitatis conservandæ & recuperandæ consilia peti possunt saluberrima, neqve tandem in omni artium liberalium & scientiarum genere deficiunt Viri, qui animis juvenum sapientiæ studia implantare, nec non omnigenâ suâ eruditione ac rerum variarum cognitione Remp. literariam ex omni parte reddere possunt feliciorem. Imprimis verò Tibi, Pater Omnipotens, acceptum referimus, qvod ad hæc usq; tempora nobis Salvum & inco-

lu-



lumem præstes **PATREM** nostrū **PATRIÆ**,  
**PIUM**, **JUSTUM**, **FELICEM**, **INCLIT-**  
**TUM**, Serenissimum ac Potentissimum E-  
LECTOREM SAXONIÆ, **JOHANNEM**  
**GEORGIUM II.** Dominum, Dominum,  
Dominum nostrum Clementissimum, cui ob  
augustam non ita pridem Academiæ nostræ, ex  
summâ benignitate & Clementia factam dota-  
tionem decem millium florenorum & alia in-  
numera beneficia, non fucato, sed sincero pe-  
ctore & affectu, **AUGUSTI** tribuimus & No-  
men, & Titulum, & famam, & immortalita-  
tem, eiqve hanc aram devotæ gratitudinis no-  
stræ & Gloriæ propriæ struimus perpetuam :

**VIVAT JOHANNES GEORGIUS II. ÆTER-**  
**NUM! VIVAT IN HAC ET POST HANC IN ALTERA**  
**ILLA VITA SINE TERMINO, SINE FINE IN PERPE-**  
**TUUM! VIVAT DEO! VIVAT SIBI ET DOMUI**  
**ELECTORALI! VIVAT PATRIÆ! VIVAT**  
**AULÆ! VIVAT ECCLESIAE! VIVAT REI-**  
**PUBL! VIVAT ACADEMIÆ NOSTRÆ! VI-**  
**VAT OMNIBUS AC SINGULIS, QVI BUS**  
**PROFUIT ET PRÆFUIT QVAM OPTIME!**  
Cæterum post Deum & Principem mea Ora-  
tio ad vos qvoqve se convertit **PATRES A-**  
**CA-**

Lu-  
ca-  
en-  
um  
pa-  
nsi-  
sto-  
ora-  
hem  
en-  
ho-  
cra-  
æ &  
erri-  
um  
mis  
non  
m.  
arte  
Ti-  
us,  
co-  
lu-



**CADEMIÆ CONSCRIPTI.** Num vero  
magis Vobis, qvam Mihi ipsi hodiernâ die sese  
offerat gratulandi & lætandi occasio, ipse ad-  
huc anceps sum & dubius. Minus erravero,  
si & Vestrum & meo nomine, solenni hoc festo  
memoriæ & gratitudinis qvandam statuam e-  
rexero. \* Et primo qvidem reverendæ no-  
stræ Facultati Theologicæ eo nomine gratulor,  
qvod illis qvatuordecim annis, qvibus juben-  
te Deo & Principe munere hoc Professionis  
meæ functus sum, neminem haetenus illa vel  
Collegam suum luxit, vel desideravit immatu-  
râ morte præemptum, Sed qvod omnes illius  
**DOCTORES & PROFESSORES**, frementi-  
bus qvamvis hostibus, præsertim ortodoxæ re-  
ligionis variis, nec contemnendis prorsus, per  
Gratiam Dei usqve ad hunc diem supersunt,  
& nobis adsunt sanctis suis consiliis, precibus-  
qve ; non minimâ variorum sacrorum ope-  
rum, ministeriorum & scriptorum celebritate  
per universum terrarum Orbem clarissimi.  
Haud minor felicitas tribuenda est Collegio

Am-

\*  
*Initio Profes-  
sionis meæ An-  
no 1662. Pro-  
fessores Theo-  
logie in Acad.  
hac fuerunt  
D. ABRAHAM  
CALOVIUS.  
D. JOHANNES  
MEISNERUS.  
D. J C H. AN-  
DREAS QVEN-  
STEDT.  
D. JOHANNES  
Deutschmañ.  
per DEI gra-  
tiam hodie-  
num supersti-  
tes.*



ro  
e se  
ad.  
ro,  
sto  
e-  
no-  
or,  
en-  
nis  
vel  
tu-  
ius  
anti-  
re-  
per  
nt,  
us-  
pe-  
ate  
mi.  
gio  
m-

Amplissimo Juridico Professorii Ordinis, qvod  
itidem per tot annos neminem desideravit Pro-  
fessorem vitâ defunctum, Excepto unico \* eo-  
demq; ve nobis mihiq; ve imprimis Amicissimo  
Collega, medio quasi ætatis virilis flore imma-  
turo fato Studiosæ juventuti erepto. Cum illi  
Ipsi Viro Summo, qui jam multis ab annis ab  
Academiæ subselliis ad eminentissima qvæque  
Principum & Electoris jam nostri sanctiora  
consilia evectus est, magis gratulandum qvàm  
condolendum sit à nobis. \*\* Et si tam Medi-  
corum qvàm Philosophorum Nobilissimum  
percurrimus statum præsentem, eundemq;  
cum pristino conferimus, non habemus qvod  
doleamus, sed Academiæ nostræ celebritatem  
extollamus maximè, dum Illos ipsos, qvos circa  
initium Professionis meæ hîc salutare & com-  
pellare potui Collegas amicissimos, hodiernâ  
adhuc die & horâ sentio & conspicio superstites  
maximam partem omnes & pro parte nobis  
præsentes: Et sic è Medicorum numero uni-  
cum †, è Philosophorum verò coronâ quinque

B ha-

\*  
D. MICHAEL  
FRIDE RICUS  
LE D E RERUS,  
Instit.P.P. obi-  
it Anno 1674.  
etat.36.

\*\*  
CHRISTIANUS  
à KLENGEL,  
Jelus Cod.P.P.  
jam Seren. E-  
lect. Sax. Con-  
siliarius inti-  
mus, antehac  
Cancellarius  
& Consiliarius  
intimus Ducis  
Anhaltini Ser-  
vestani.

†  
D. MARCUS  
PANTZERUS,  
Fac. Med. Se-  
nior. obiit An-  
no 1664. et.72.



\*

- (1) REINHOLD  
DUS FRAN-  
KENBERGER,  
*Histor. P.P. &*  
*Acad. Senior,*  
*obiiit An. 1664.*  
*Mens Febr.*
- (2) CHRISTO-  
PHORUS NOT-  
NAGEL, *Mat.*  
*P.P. obiiit an-*  
*no 1666. Mens.*  
*Maj. Sen. Ac.*
- (3) OTTO PRÆ.  
TORIUS, *Poës.*  
*P.P. obiiit An-*  
*no 1668. Mens.*  
*Februar. Suc-*  
*cessit ei SAM.*  
*BENEDICTUS*  
*CARPZOVIVS,*  
*jam nunc Ser.*  
*El. Sax. Conci-*  
*onator Aulicq.*
- (4) JOHANNES  
ERICUS O-  
STERMANNUS,  
*Græc. Lingv.*  
*P.P. Acad. Se-*  
*nior, obiiit An.*  
*1668. et 58.*
- (5) D. MICHA-  
EL WENDELE-  
RUS, *Tb. P.P.*  
*extraord. obiiit*  
*A. 1671. Mens.*  
*Novembr.*

habeo saltem, qvos vita jam pridem defunctos  
noverim. Qui tamen ad unum omnes hanc  
benè peractæ vitæ gloriam consecuti sunt & vir-  
tutis suæ , ut Seniores totius Ordinis Acade-  
mici, ob canitiem suam venerandam, senio qui-  
dem confecti corpore decumbant, qvoad ani-  
mam & famam adhuc vigeant , floreant in per-  
petuum: tanquam hujus Academiæ lumina  
immortalia.\* His sex per tot annos ex univer-  
so Professorum Ordine ereptis, qvamvis adjun-  
gere possumus Assessores Facultatis Juridicæ  
qvatuor, † qvorum tres vitam cum morte  
commutârunt Viri Consultissimi , Quartus  
non ita pridem in Senatum Aulicum, non sine  
splendore nominis sui cooptatus est, attamen  
si consideramus, qvales Viri per decursum ho-  
rum annorum ex Academiâ nostrâ, tanquam ex

eqvo

- † D. CHRISTOPH. BRESLER, *Jurid. Facult. Assessor, obiiit An-*  
*no 1665. M. Novembr.*
- D. MICHAEL LEDERERUS, *obiit Anno 1669. Mens. Febr.*
- D. JULIUS ERNESTUS SCHRÖDTERUS, *obiit Anno 1669. Mens.*  
*April.*
- D. CHRISTOPH. RITTER, *in Aulam vocatus, Anno 1672. ad*  
*consilia Cameralia nec non Supremi Appellat. Judicij As-*  
*sessor, jam Consiliarius Aulicus.*

tos  
anc  
vir.  
de-  
jvi-  
ni.  
per-  
ina  
ver-  
un-  
icæ  
orte  
tus  
fine  
nen  
ho-  
n ex  
qvo  
An-  
Mens.  
. ad  
i As-

eqvo Trojano prodierunt iterum , qvi jam vel Ecclesiæ , vel Reipubl. & universæ ferè Patriæ , nobisq; ipsis salutaria præstant officia , magis semper nobis erit lætandi , qvam dolendi occasio . Neqve verò possum , qvin & MIHI ipsi hodiernâ gratuler die , Numinisq; divini clementiam & benignitatem , ex publico hoc gloriæ Dei destinato loco , eveham laudibus . Imprimis verò eo nomine mihi ipsi gratulor , qvod Deo & Principe clementissimè volentibus , tam honesto , tam tranquillo functionis genere , mihi per tot annos vivere , & inter amænissimas Musarum & Charitum sociates , inter jucundissima omnium artium & disciplinarum studia , ætatis jam maximam partem consumere mihi datum .. Ex eo nempe statim tempore , qvo spontaneum Patriæ meæ exilium selegi , qvod teneris statim annis factum , qvibus vix decimum sextum egressus , placuit , & singulari me voluptate ad se rapuit vita Academica , qvam annos maturiores & Viriles per Dei Gratiam jam consecutus , magis magisq; impensis am-

re cœpi, non quod illa suis careat omnino  
molestiis, suis adversitatibus, cum & his non desti-  
tuatur prorsus, sed quod illæ tales sunt, quæ à  
paribus & iis, à quibus non tanta quanta à po-  
tentioribus nocendi ratio metuenda, inferun-  
tur, tum quod hæc vitæ ratio longè à strepitu  
negotiorum aulicorum, forensium & aliorum  
civilium turba, dulci quodam & honesto se-  
cessu sit remota: eiq; qui tranquillitate mentis  
delectatur, magis commoda. Et ut id, quod res  
est, ingenuè fatear, eo nomine semper mihi gra-  
tulatus sum, quod mirabili DEI ductu & fato  
quodam divino inter alias Germaniæ celebrio-  
res Academias, quas per quatuordecim ferè an-  
nos plerasq; salutavi, ad hanc imprimis Acade-  
miam translatus sum, quæ veræ & orthodoxæ  
religionis non filia, non soror, sed ipsa dulcissi-  
ma mater est, & in qua Angelus ille cœlitus de-  
missus Lutherus totum quasi terrarum orbem  
singulari Dei jussu & instinctu Spiritus sancti  
primus è tenebris Papalibus & infernalibus in  
lucem vitæ & veritatis reduxit, ex quâ hæc do-  
ctrina cœlestis postmodùm in angulos universi  
orbis

orbis migravit, & felicissimè transplantata est.  
Qvamvis nec minima me voluptate animi re-  
creet & afficiat jucunda & iterata sæpiùs recor-  
datio Antecessorum nostrorum, Joh. Schneide-  
vini, Matth. Wesenbecii, Joh. Zangeri, Joach. à  
Beust, Eberhardi à Weihe, Petri Heigii, Andreæ  
Rauchbari, & Variorum Carpzoviorum, à qvi-  
bus J Ctis Jurisprudentia non Romana solùm,  
sed & Saxonica variis scriptis illustrata & pristi-  
no, non dicam novo nitori & vigori restituta.  
Ut jam nihil addam de Viris hujus Academiæ,  
ob Medicinæ & Philosophiæ studia summa ce-  
leberrimis, qvum illorum nomina universo  
constent orbi literatorum jam abundè. Et  
hæc illa est felicitas Academiæ nostræ, & mea  
cum illa communis, qvam non possum qvin  
publicis hîc exornem encomiis, præconiis.  
Summus ille rerum Arbitrè hanc nobis porrò  
jubeat esse perpetuam: servetq; & Electorem  
nostrum Serenissimum, cum tota Electorali  
familiâ illustrissimâ, & universam hanc Remp.  
nostram literariam salvam & incolu[m]em, ean-  
demq; porrò in nominis sui gloriam, ab insulti-

B 3 bus



bus hostium externis conservet, tueatur, defen-  
dat, protegat clementissimè: usque ad extre-  
mum hujus mundi finem! Verùm cùm ex mo-  
re Majorum de certo themate qvædam veni-  
ant peroranda mihi, haud inconveniens tem-  
pori & huic actui solenni Doctorali illud arbi-  
tratus sum, quo in judiciis & scholis nostris Sa-  
xonicis dubium sæpè occurrit, de JURAMEN-  
TO prælertim GENERALI CALUMNIÆ:  
circa quod duplex quasi qvæstio nata videtur:  
Num tali nempe Juramento Calumniæ seu  
Malitiæ onerari adhuc possint Doctores in A-  
cademiis legitimè Promoti, si Advocatorum  
vel Procuratorum munere fungi velint in Judi-  
ciis? Et postmodùm non ineleganter nec per-  
peram controverti solet: Num Jus Saxonum  
sive commune sive Electorale ideò alicuius in-  
justitiæ vel iniqvitatis incusari queat, quod illo  
ipso, vel ex tacita approbantium voluntate &  
consuetudine, vel deniqve expressâ Lege Elec-  
torali, juramentum tale Calumniæ generale  
sit abrogatum penitus? Anteqvam verò ad

spe.

specialem utriusqve quæstionis discussionem  
progrediamur, quædam in genere de Juramen-  
to hoc Calumniæ ex antiquo Romanorum ju-  
re repetenda sunt. Et in omnibus quidem bene  
constitutis Rebus publicis litigantes in judiciis,  
ne controversias inanes moverent, & temerè ad  
Tribunal Judicis profilirent, metu religionis &  
vinculo juramenti quasi aversos, historiæ mo-  
ratorium populorum docent. Sunt nempe  
qui existimant, etiam apud Athenienses, opti-  
mos Græcorum populos, in usum judiciorum  
fuisse juramentum Calumniæ receptum, unà  
cum certâ poenâ litigantibus præscripta, quæ  
dicitur græcis *προσαγόρεια*, quâ multabatur te-  
merarius litigator, eratq; ferè decima pars litis.  
Quæ magnam habet affinitatem cum sponsio-  
ne Romanorum, quæ fuit interposita stipula-  
tio decimæ partis litis, quam perderet temera-  
rius Actor. Ut verosimile sit, Juramentum quo-  
que calumniæ, ut alia probè multa, ab Atheni-  
ensium Rep. originem sumpsisse, & postmodùm  
in Romanorum Remp. ad exemplum LL. XX.

tabb.



tabb. introductum. Qvo sincerius nempe & Actor & Reus causam tractarent controversam in judicio, uterque juramentum aliquod in se suscipere, & certam quandam pecuniæ sumam deponere, coactus fuit a judice. Et teste quidem Polluce Juramentum, qvo Actor vel ille, qui litem intendebat, primo constringebatur ~~accepit~~, illud verò jusjurandum, qvod convento Reo injunctum dictum ~~accepit~~ fuit, qvo ille se non calumniosè acturum, hic neque cum injuriā alterius se defensurum, sanctè & sub metu religionis pollicebatur. Et ita de juramento calumniæ affirmari potest, qvod illud qvoad originem sit Atheniensium, qvoad certam verò formam magis Romanorum & præsertim Imperatoris Justiniani, qui antiquam calumniæ actionem sustulit, & hoc in illius locum substituit, illud ipsum plenius explicavit, eiq; robur addidit & auctoritatem, uti multis aliis juris Romani articulis contigisse deprehendimus. Ita nempe Optimus Imperator de se ipso sentit: Omnia meritò nostra facimus, qvia ex nobis omnis

*pref. d. con-  
cept. ff.*

omnis iis impertitur auctoritas, & qui non insubtiliter factum emendat, laudabilius est eo, qui primus invenit. Ex mente itaque Imperatoris Justiniani Juramentum Calumniæ illud jam est nihil aliud, quam religiosa litigiorum asseveratio, quae promittunt, se non calumnianti animo, sed juris sui opinione fretos agere, vel alteri resistere. Nec vero Tale juramentum Calumniæ unius generis est, dum Doctores & Interpretes Juris, præsertim Civilis & Pontificii, aliud appellant Generale, aliud Speciale, & illud quidem, quod indistinctè ab omnibus litigantibus & in omnibus causis, statim post litem Contestatam & necessaria quadam & inevitabili legge judicij est præstandum, Hoc vero, quod in certis saltem articulis juris iisdemque incidentibus locum habet, & quod litigantibus vel ante, vel post litem contestatam, injungitur, quod jure Camerali, Pontificio & Saxonico fere unum idemque est cum Juramento malitiæ, & toties defertur à Judice & postulatur, quoties vel pars, vel judex suspicatur, aliquid tentari frau-

C

dis



dis vel malitiæ. Utrumqve nempe juramen-  
tum, seu calumniæ, seu malitiæ, seu generale, seu  
speciale, à prudentioribus Legislatoribus Re-  
rump. semper & ubique habitum fuit pro opti-  
mo qvodam remedio evitandarum litium ni-  
miarum vel temerariarum , qvo ipso possent  
litigantes metu qvodam & reverentia religionis  
à calumnia, fraudibus & malitiâ avocari. Qvam-  
vis enim illud sit saltem opinionis & credulitatis,  
non veritatis & scientiæ, nec litem per se malam  
simpliciter reddere valeat bonam , ut semper  
Judex secundum jurantis causā debeat pronun-  
ciare, insigni tamen cum utilitate & litigantium  
& Reip. ipsius , cuius interest lites vel plane  
non esse, vel citissimè finiri, receptum & in judi-  
ciorum plerorumq; usum translatum esse cre-  
ditur, præsertim qvod ejusmodi juramentū non  
insignibus careat effectibus , qvos illi passim  
Jura tribuunt scripta. Qvod si enim recuse-  
tur ab Actore, ille cadit actione, si à Reo, pro  
improbo habetur & confessō litigatore, qvam-  
vis utraqve pœna locum non habeat, nisi præ-

via



viâ Judicis sententia declaratoriâ & condemna-  
toria. Nec immunes sunt prorsus Advocati &  
Procuratores à multâ, qvi juramentum tale ju-  
dicii detrectaverint. Contra v. liberat præ-  
statum tale jusjurandum à suspicione fraudis &  
calumniæ, ut tutius procedatur in causâ. Ut ni-  
hil hîc attingamus de optimo fine & laudabili  
intentione Legislatorum, ob qvem hoc jura-  
mentum calumniæ in judiciis videtur inven-  
tum, ne scilicet tanta litigantium multitudo te-  
merariis litigiis forum impleret, sed qvamplu-  
rimi honestatis & bonæ conscientiæ amantes  
metu vindictæ divinæ à variis & calumniosis  
controversiis absterrentur. Proinde factum  
videmus, ut tam avidè, tantaqve curâ non solum  
à Conditoribus juris Civilis, sed & Pontificii &  
Cameralis, sit inter primas qvasi leges judiciorū  
Calumniæ hæc juramenti præstatio relata,  
Tam Generalis, qvam specialis: ita ut his juri-  
bus promiscuè litigantes in judiciis non admit-  
tantur, nisi indistincte & in omnibus causis, se-  
nihil qvicqvam fraudulenter & calumniose in

C 2

judi-



judicio tentatueros, sub fide juramenti promitterent. Qyinimo Doctores nonnulli & Interpretes juris Civilis eo prolapsi sunt tandem, ut credant firmiter & doceant: Tale Juramentum Calumniæ ob generalem suam justitiam, nec lege, nec contraria consuetudine & statuto posse abrogari. Et illi etiam, qui statuunt, ex jure Divino originem traxisse Juramentum calumniæ, illud à partibus litigantibus neque tacite, neque expresse remitti posse, insuper affirmant. Qvamvis alii de jure Canonicō tacitam remissionem concedant. Verum, ut ad quæstiones nostras modo propositas proprius aliquantulum accedamus, & qvidem inverso ordine posteriorem illam, Quæstio movetur Juri Saxonico, numne ideo injustitiæ & iniqvitatis illud ipsum incusari posset, qvod in eo Juramentum calumniæ, præsertim Generale, primo tacite & contraria consuetudine & postmodum Lege publica sit abrogatum penitus? Et tale qvidem judicium fert de jure nostro Saxonico, qvoad cætera JCtus clarissimus qvondam

Jenen-



Jenensis Academiæ P. P. Auctor famosi illius  
tractatus de Processibus Executivis , Matthias  
Colerus, His verbis:( qvæ ideo integra appo-  
no, ne Tanto Viro alienam affingere mentem  
videar ) *De jure Vero Saxonico jusjurandum*  
*calumniæ Generale contraria consuetudine præ-*  
*valente , abolitum est. Sicut testatur glossa*  
*quædam Lehn. Recht cap. 88. qvæ expresse dicit*  
*Wiewol es nicht in unserm Recht gewöhnlichen /*  
*qvod licet omni ratione careat, ut & pleraq; jure*  
*Saxonico disposita, & ipse etiam Henningus Gö-*  
*den, Practicus harum provinciarum expertis-*  
*simus dicat illam Glossam esse diabolicam, cum*  
*nihil alleget, qvod subsistat in jure : Hactenus*  
*Colerus, qui eodem loco propterea Jus Saxonii-*  
*cum hâc in parte omni ratione carere, ut plera-*  
*que alia putat, quando in verbis præcedentibus*  
*defendit tale juramentum per consuetudinem*  
*contrariam tolli non posse ob cap. Cæterum X.*  
*de juramento calumniæ, qvod talis consuetudo*  
*omnino esset irrationabilis, dum allegato c. cæ-*  
*terum Juram. cal. inventum sit veritatis di-*

MATTHIAS  
COLERUS de-  
cis. u7. n.10. &  
seqq.

HENNINGUS  
GÖDEN in  
pract. suâ Tit.  
d. lit. Conte-  
stat. n. II. 12.

COLER. Dec.  
u7.n. 6.7. seqq.

cende gratiâ. Et ut timore ejus temeritas contentiosorum hominum, in lites facile proruentium, concipere posset. Unde patet (pergit Colerus) si consuetudo contrarium inducat, quod hæc contra veritatem tendat, calumnias excitet, ideoque statuto non tollitur. Hæc nempe ratio est Coleri, ob quam jus nostrum Saxonum carere omni ratione idem existimat, ut pleraque alia eodem jure disposita. Condonandus tanto Viro hic error esset, si cum autore suo, quem laudat & nominat, Henningo Göden, glossam saltem incusaret, verum enim vero, cum nimis late hoc ipsum, quod Saxonum jus omni careat ratione etiam extendat ad alia jure Saxonico disposita, Hodie vero illa glossa Juris Saxonici communis approbata sit expressis sanctionibus publicis Divorum Electorum Saxoniae, non possumus non, nimis immaturum hoc Coleri & aliorum, qui eum postea secuti sunt, judicium, modeste declinare, & contrariis argumentis hanc Serenissimorum Legislatorum sententiam justissimam propugnare, & jus Saxonum.

Proc. Ordin.  
tit. 33. von  
dem Eid Ma-  
litiae. Ob wol-  
das juramen-  
tum calumnia  
in unsern Lan-  
den nicht  
bräuchlichen.  
Appellation  
Ordin. Tit. eod.  
vom Eid Ma-  
litiae.

xonicum, qvod alias ob sanctitatem & justitiam  
suam toti fere inclaruit orbi, à tali ignominia li-  
berare & vindicare. Possemus qvidem Cole-  
ro ipsi opponere judicium contrarium Jacobi  
Schultes, Jcti Saxoniæ celeberrimi , qui ipsas  
illas Decisiones, qvas descripserat, ut appareat tu-  
multuario labore, & in qvibus antea allegata  
verba continentur, post mortem demum Co-  
leri edidit in lucem, qvod habet de jure Saxonico  
longe aliud in Præfatione sua ad Decanū,  
Canonicos , Capitularesqve Primatus & Ar-  
chiepiscopatus Magdeburgensis , his verbis:  
*Vobis autem benignissimi Domini, ut hasce deci-  
siones dedicarem, causa hæc erat, quod sæpe in eis  
mentio fiat non modo rerum complurium in ve-  
strâ curiâ judicatarum, sed etiam vestri juris,  
quod est post imperii leges antiquissimum, quod-  
que à Saxonibus ortum primo, late deinceps ad  
multas alias Germaniæ partes provinciasqve  
manavit, ut opinor æquitate suâ, Neque enim  
assentior iis, qvi Jura Saxonica iniquitatis ar-  
guunt, qvos vel una hæc sententia refelleret, non*

JACOB SCHUL-  
TES in præfat.

ad Decis. Col.

omni-



omnium, quæ à Majoribus constituta sunt, reddi rationem posse. Nam ubi non apparet, quæ ostendatur ratio, quum constat nihil aliud nisi mentem æquitatemque legis esse, multas etiam ex jure Civili leges iniquas esse fateamur, necesse est, aut si hoc tamen idcirco in jure civili non admittimus, non oportet invidiam istam in solas Saxonicas legere derivare. Possemus inquam, hoc judicio generali refutare ipsam opinionem Coleri, sed nolumus alienis armis uti, dum suppetunt propria. Ideoqve jam ad oculum demonstrabimus (1.) falsam esse illam doctrinam, qvod juramentum calumniæ sit juris divini, & ideo non possit abrogari contrariâ consuetudine, vel lege, quo destructo fundamento Coleri (2.) evincemus, ex justissimâ ratione juramentum calumniæ generale in foro Saxonico esse abrogatum tale, qvale describit jus civile, quantum nempe indistincte, in omnibus causis adhibendum docetur, & in ejus locum speciale malitiæ surrogatum, saltem in usu remansisse. Qvod primum membrum jam attinet, iniqui illi



illi censores jurium Saxoniorum inniti mihi  
videtur falsa qvadā conclusione , qvā fin-  
gunt & asserunt, Juramentum Calumniæ origi-  
ne suâ esse juris divini, imò inventionem & in-  
troductionem ejus tantâ constare justitiâ & æ-  
qvitate , ut sine culpâ & vitio iniqvitatis non  
possit abrogari, vel per consuetudinem, vel per  
legem contrariam. Verum enim vero, qvam  
debile hoc sit argumentum , qvam imbecillis  
conclusio, jam ante nos extra Saxoniam qvidā  
celeberrimi JCti demonstrarunt. Allegant  
qvidem pro sententia sua ex sacro Codice lo-  
cum Exodi 22. *Si quis commodaverit Amico*  
*pecuniam, aut vas in Custodiam , &* <sup>Exod. 22.</sup> *ab eo qui*  
*fusceperat furto ablata fuerint, si invenitur Fur,*  
*duplum reddet, si latet fur, Dominus Domus ap-*  
*plicabitur ad Deos & jurabit, quod non exten-*  
*derit manum in rem proximi sui, ad perpetran-*  
*Dam fraudem, &c.* Qvis non videt hunc tex-  
tuim magis loqui de juramento Veritatis, qvod  
purgatorium vocamus, qvam Calumniæ, qvod  
solius est opinionis & Credulitatis. Qvis non

D mani-

Bartol. in Extravag. ad reprimendum in verbo & figura judicii.

Menochius d.  
arb. judic. qv.  
l. 1. qv. 20.

N. 2.

Georg. Obrechti. tract.  
de juram. Calumniæ. cap. 3.  
n. 4.

I. 44. qvi famili. ff. famil. ericisc.

manibus quasi palpat, quam hallucinetur, quam erret, Bartolus & Menochius, qui ex hoc dicto literarum sacrarum inferunt, quod & iuramentum Calumniæ ideo tam in causâ summaria, quam ordinaria, & solenni haud possit remitti, cum sit juris divini. Audiamus judicium Clarissimi Georgii Obrechti, quod habet in peculiari suo tractatu de hoc juramento Calumniæ : *Cum vero origo hujus jurisjurandi non sit juris divini, etiam à jure divino argumentum sumi nequit, quia non entis, ut vulgo loquimur, nulla sunt accidentia.* Hoc judicium Jcti in Jure Utroque versatissimi, qui ibidem pluribus ostendit, hoc jusjurandum legibus positivis & civilibus esse introductum, cuius formam debemus quidem Imperatori Justiniano, origo autem latius ab aliis gentibus deduci potest, quod illud jam in Rep. Atheniensium certo tamen modo fuerit cognitum, imo in ipsa Rep. jam ante Imperatorem Justinianum. Quæcum ita sint, quod nempe hoc juramentum Calumniæ sit juris humani civilis positivi, quod



qvod una cum cæteris solennitatibus judicio-  
rum & processus , qvæ variant pro populorum  
diversitate, usu magis fori est introductum, non  
video, qva ratione contra juris Civilis naturam, *l. 6. ff. d. 3.*  
qvæ vel Tironibus Jurisprudentiæ cognita est,  
haberi debeat pro immutabili, ut non possit, nec  
debeat pro qualitate Reip. & judiciorum, vel  
recipi, vel abrogari. Verum objiciunt & ur-  
gent Adversarii & Osores Juris nostri Saxonici  
illud imprimis , qvod hujus Juramenti calu-  
mniæ perpetua & universalis sit Justitia in o-  
mnibus judiciis, ob qvam rationem Justinia-  
nus & Pontifex jussérunt introduci passim & in-  
distinctè, qvos secuti etiam sunt Legislatores  
Cameræ Imperialis, porro qvod hoc juramen-  
to evitentur lites superfluæ, nec non eo ipso tot  
fraudibus & malitiis occurratur, qvod ipsum  
cum ubique æquum sit, non possit salvâ œcu-  
nomicâ ratione justitiæ, vel lege expressâ, vel  
consuetudine contraria abrogari, qvod tamen  
non sine vitio iniqvitatis tentet & præsumat Jus  
Saxonicum. Præsupponunt hi Viri optimi

D 2

per

per petitionem qvandam principii, qvod adhuc  
in qvæstione est. Tribuunt illud unicè Calu-  
mniæ Juramento generali , qvod ei soli haæte-  
nus nemo tribuit , nec concessit , sed qvod ei  
cum speciali est commune. Num magis ge-  
nerali Juramento, qvod sine delectu personarū  
& causarum indifferenter adhibetur, & eodem  
stato tempore , magis abbrevientur lites , ma-  
gis obviam iri possit calumniis & fraudibus li-  
tigantium, an verò speciali , qvod certis saltem  
personis, qvarum fides vacillare videtur, & in  
certis causis , debitoque & congruo tempore à  
prudenti cordatoque judice litigantibus injun-  
gitur, adhuc sub Judicelis est. Intentionem  
optimam habuisse Justinianum & Pontificem  
**Greg. IX.** in introducendo Generali Juramen-  
to Calumniæ non negamus, nec improbamus,  
cum leges tunc bonum ad finem tendere præ-  
sumantur, si spectent salutem civium, qvamvis  
eum haud semper conseqvatur. Hoc tamen  
negamus constantissimè, Jus Saxonum ideo  
omni ratione carere, qvod tale calumniæ Jura-  
men-



nuc  
lu-  
ste-  
d ei  
ge-  
arū  
em  
na-  
li-  
em  
t in  
re à  
un-  
m.  
em  
en-  
us,  
ræ-  
vis  
uen  
leo  
ra-  
en-

mentum generale, vel expressâ lege, vel contra-  
riâ consuetudine non approbaverit, sed in ejus  
locum potius speciale surrogaverit. Quid si af-  
feramus, justissima ex ratione id factum, qvod  
secundum erat membrum hujus propositæ  
qvæstionis. Nec enim desunt nobis JCti, qui  
eum Socino arbitrantur, illam consuetudinem,  
qvâ in foro non frequentatur Juramentum ca-  
lumniæ generale, ideo in Rep. bene constitutâ  
tolerandam esse, qvod moribus hujus seculi,  
qvibus cupido litigandi invaluit, protervi liti-  
gatores & Procuratores, levitate animi & sum-  
mâ facilitate ad præstandum tale Juramentum  
prosiliant, vel affectione causæ, vel lucri amore  
inducti, & jurent ut committant tutius, qvam  
evitent calumniam. Et ita Dd. varii in eâ op-  
nione sunt, satius esse, ad evitanda perjuria illud  
abrogare Juramentum generale, qvam sine de-  
lectu & promiscue illud omnibus deferre, o-  
mnesque admittere, qvamvis suspicione mali-  
tiæ laborent. Ex qvibus omnibus patet, qvam  
male incusetur jus Saxonum irrationabilita-

tis à Colero, qvod in eo Jus Generale calumniæ dicatur in desvetudinem abiisse. Sanè, si ipsos textus juris Electoralis Saxonici accuratè evolvamus & perlegamus, nihil in eis deprehendere licebit, nisi qvod summâ nitatur æqvitate & optimâ ratione. Qvamvis etenim in iis, tam in ordinatione Processus, quam Supremi Appellationum judicii, dicitur Juramentum Generale Calumniæ sublatum, in ejus tamen locum succurrit Juramentum malitiæ, qvod in qvovis articulo Judicii & qvavis parte processus, imò qvalibet causâ potest imponi partibus litigantibus à Judice, qvos senserit esse suspectos de fraude vel calumnia. Qvod Juramentum malitiæ eundem, si non meliorem, operatur effectum, quam illud generale Juris Civilis vel Pontificii, qvod tantis laudibus evehunt illi. Videntur etiam textus Juris Electoralis duo male intelligi ab iis, qui sentiunt Calumniæ juramentum Jure Saxonico esse generale sublatum. Qvod si enim illud vocant Generale, qvod generaliter, & in omnibus causis, post litem demum

um contestatam & promiscuè omnibus litigantibus præstandum est, concedimus & lübenter fatemur , tale in Jure Saxonico in desvetudinem abiisse & qvidem justissima ex ratione , qvod per rerum fieri naturam non possit , ut vel omnes litigantes æque de calumnia sint suspecti, vel omnes causæ frivolæ litigatorum , & ita tutius sit , & ad evitanda perjuria melius reservare judici hanc potestatem, ut si aliquis litigantium suspectus sit de calumniâ , illum hoc malitiæ Juramento gravare & metu religionis quasi horrorem incutere. Cæterum, si illud sâltem appellant juramentum Calumniæ generale , qvod ad totam causam, ad totum processum pertinet, nec ad hunc, vel illum solum articulum judicii , tunc negamus, tale Generale prorsus in desvetudinem abiisse foro Saxonico. Qvod probare possumus ex textu Ordinationis Appellationum Titulo de Juramento malitiæ per initialia verba : Ob woldas Juramentum Generale calumniæ in unsern Landen sonst nicht brâuchlichen. In his verbis vocula , Sonsten non debet otiofa esse, qvæ etiam omittitur in textu Ordinationis processus. Videntur Legislatores illud verbum, nec perperam

nec



nec incogitanter adhibuisse. Ut sensus genuinus & verus hic textus sit, qvamvis in causis secundæ instantiæ & Appellationum præcise Appellantes & in omnibus causis juramentum calumniæ deponere non teneantur, adigantur tamen ad illud, si Appellantes de calumnia sint Judicii suspecti, ita ut detrectantes illud repellantur à tota causa si illud detrectent. Verba procul dubio illa textus:  
**S**ol er mit seinen Suchen nicht zugelassen / sondern stracks davon abgewiesen werden / non de particula causæ, vel Judicii, sed tota causa, qvæ per appellationem est devoluta, erunt intelligenda. Et ita saepius pronunciatur. Würde Appellant oder dessen Advocatus das juramentum malitiæ oder calumniæ abstatten und schweren daß er diese Appellation nicht zum Verschleiß der Sachen noch gefährlicher weise eingewandt / so ergienge derselben halber was recht ist. Clarius hoc adhuc probari potest ex novissima decisione Serenissimi nostri Electoris JOHANNIS GEORGII II. cui Deus pacem & vitam concedat diutissimè, ubi seriâ admonitione injungitur Judicibus quibusvis, tam primæ, qvam secundæ instantiæ, ne partibus suspectis juramentum calumniæ vel

Deciso Elect.  
Nov 70. vom  
Eid vor Ge-  
fehrde sojura-  
mentum ma-  
litiae genennet  
&c.



vel malitiæ remittant, sed injungant ad petitio-  
nem partis adversæ etiam ad totam causam.  
Verba placet hic ascribere integra. Befehlen  
derowegen Unsern Rahts Collegiis und andern  
Grichten/ daß sie hinführo; Wenn sie von einer  
Part verspüren / es sey gleich vor oder nach der li-  
tis contestation , daß er entweder eine unnötige  
Rechtsfertigung ansahen / oder vorseh- und ge-  
fehrlichen Verzug der Sachen suchen wil / dem  
Part / oder Advocato causæ , oder deme/ so sich  
sonst des Advocirens untersthet/nach Beschaf-  
fenheit der Umbstände und nach Gelegenheit der  
Sachen Wissenschaft wenn es entweder die Par-  
ten begehret und der Richter darauff erkennet/ auch  
Amptswegen ohne Richterliche Erkenniss &c.  
das juramentum malitiæ außerlegen und schwe-  
ren lassen / daß der Part oder Advocat eine ge-  
rechte Sache zu haben / glaube/ was er vorbringe  
und begehre nicht aus gefehrde oder böser Meis-  
nung/ noch zu Auffschub und Verlängerung der  
Sache / sondern allein zu Notturft thue, &c. Da  
aber solch Jurament von dem Part zu leisten ver-  
wegt würde / sol selbiger mit seinen Sachen  
stracks abgewiesen werden. Ex quo textu vide-  
mus, quam sollicitum sit jus Saxonum de præ-

E caven-

cavendis & evitandis omnibus malitiis & frau-  
dibus litigantium , non per speciale saltem ju-  
ramentum calumniæ in hoc , vel illo articulo  
processus, sed & tale, qvod totam destruit cau-  
sam Actoris vel Rei. Et qvam frustra sit Cole-  
rus,& cum eo Goden,qvi illud iniqvitatis incu-  
sat, tanqvam omni carens ratione.

Restat ut paucis mentem nostram adhuc ex-  
ponamus de altera qvæstione propo-  
sita.

Num nempe Doctores Juris in Academiis  
legitime promoti, qvi in actu Doctorali Jura-  
mento semel astricti sunt, iterum onerari pos-  
sint in judiciis juramento Calumniæ , si Parti-  
bus Advocatorum vel munere Procuratorum  
fungi velint ?

**D**E Advocatis existimat Obrechtus, qvod  
illi in genere omnes de jure Civili jura-  
mento Calumniæ generali gravari non possint,  
qvamvis enim ad juramentum eos adstringe-  
re videatur l. Rem non novam C. d. judiciis,  
recte tamen monet, illud juramentum Advocata-

torum singulare esse & diversum à Juramento  
Calumniæ, qvo jurare debent, qvod omni ope  
verum & justum procurare, & ubi cognove-  
rint causæ injustitiam, eam statim velint dese-  
rere. Qvæ sententia si vera est, illa magis ob-  
tinebit de Doctoribus legitime Promotis in A-  
cademiis, qvos ipsa dignitas, à calumniæ suspi-  
cione liberare poterat unicè. Accedit, qvod  
in omnibus benè constitutis judiciis Germaniæ  
hodiè dentur & sint fere Ordinarii Advocati, spe-  
ciali jam juramento adjudicium obligati, à qvi-  
bus perperam iterandum esset juramentum.  
Calumniæ generale. Qvod in primis af-  
firmandum est de nostris Curiis Provincialibus  
Electoralibus, in qvibus Viri exercitati, pruden-  
tes, Legales, bonæ vitæ & famæ, maxime autem  
Gradu Doctorali conspicui, in ordinem Advo-  
catorum & Procuratorum cooptantur, & so-  
lenni formula juramenti officio, qvod gerunt,  
conformi, obstricti recipiuntur. A qvibus Vi-  
ris consultum sanè & rationabile non est in sin-  
gulis causis, qvas tractant in judicio, nomine

Clientum singula denuo & iterata reqvirere juramenta, utpote qvod illa citra necessitatem cumulanda non sint, nec ab iis exigenda denuo, qvorum fides jam spectata & satis Judici probata est, cum prævia solenni deliberatione, denominatione & Principis confirmatione eligatur. Qvinimo Clarissimus Obrechtus Advocatos dignitate Doctorali ornatos ideo juramento Calumniæ generali non onerandos putat, ne Viri Consultissimi & optimi à talibus muneribus facile terreantur & abstineant præsertim religiosiores, qvibus semel præstitum juramentum semper obversatur animo, uti improbis, qvamvis repetitum sæpius, occurrit nunquam. Non autem sine Reip. maximo danno contingeret, si Advocatis destituerentur litigantes in judiciis, qvorum vitæ genus maxime laudabile & honestum esse debebat. Et si abstinerent Doctores, rabulis imperitis janua malitiæ panderetur. Qvamvis etiam in Supremo illo Imperii Romano Germanici Tribunali, qvod spiræ est, Advocati & Procuratores, qui

&amp;



& ipsi fulgent Doctorali honore non sint immu-  
nes à juramento Calumniæ generali, eo tamen  
non gravantur Fisci publici & Cameræ Procu-  
ratores, qui vel Imperii vel Reip. alicujus nomi-  
ne procedunt. **Q**vi ob majestatem mandantis  
eximuntur, nec vero calumniari præsumun-  
tur, quos officii necessitas excusat. **Q**væ ipsa  
immunitas etiam concessa est in Novissimo re-  
cessu imperii de anno 1654. Ratisbonæ publi-  
cato, Consiliariis statuum Imperii Juratis nem-  
pe & actualibus, non honorariis & Titularibus  
saltem, qui cum jussu Dominorum experian-  
tur in Judicio, calumniari non præsumuntur.  
**Q**vod & Dd. nonnulli extendunt ad Tutores,  
Curatores, Advocatos, quos Magistratus ex of-  
ficio dedit Pupillis, Minoribus, quorum fides  
jam ipsa electione Magistratus satis approba-  
ta est. De Jure Saxonico cum omne Jura-  
mentum Calumniæ in desvetudinem abierit  
generale, Doctores Juris, si Advocatorum mu-  
nere fungi velint, etiam aliis in Judiciis, in qui-

E 3 bus

Reichs- Ab-  
schied d. Anno  
1654. zu Re-  
gensburg. S.

43.

bus jurati & ordinarii non sunt constituti, hoc  
ipso liberantur, à Juramento tamen malitiæ  
Speciali non erunt immunes, qvod Judex ta-  
men præsertim Inferior Viris Doctoribus  
haud facile, nec sine prægnanti Calumniæ su-  
spicione imponet, secus si faciat appellari pot-  
est ad Principem, uti saluberrime Serenissi-  
mus noster E L E C T O R peculiari dispo-  
nit Novella. Superiori Magistratui v. c. Se-  
natui Aulico, vel Supremo Appellationum Ju-  
dicii eminentissimo, hac in re major potestas  
concessa, qvamvis nec in his Curiis facile Do-  
ctori speciale Juramentum injungatur, si Vir  
sit spectatæ fidei, & eruditio[n]is, nec evi-  
dentissima adsit calumniæ  
suspicio.

D I X I.

ORA-



# ORATIO AD DECANUM.

Juridicæ Facultatis

DN. D. CASPAREM ZIEGLERUM.

*Spectabilis Dn. DECANE, Vir Magnifice, Consul-*

*tissime, Nobilissime, Excellentissime, Seren. ELECT. SAX. in Su-  
premo Appellat. Jud. Consiliarie Splendidissime, JCte & Ante-  
cessor Juridicæ Facultatis, Primarie & Ordinarie, Decretalium  
Professor celebratissime, Curiæ Electoraliss, Consistorii Ecclesiasti-  
ci & Scabinatus Assessor gravissime, Patrone, Compater, & Colle-  
ga observande, Colende plurimum.*

**S**Isto tibi jam prælentes & pedibus tuis devo-  
lutos qvasi Hos qvinque VIROS, & eruditio-  
ne legali, & Usu forensi Clarissimos & exercita-  
tissimos : qvorum gratiâ solennis hic dies insti-  
tutus, & splendidissimus ille confessus in hoc lo-  
co sacro sanctoq; convocatus. Haud Tibi, tan-  
quam Ordinis Juridici Capiti, incognitum est,  
qvantis studiis illi sese hactenus probaverint  
Collegio nostro, qvantâ fide & obseqvio sese  
statutis nostris submiserint, qvantâ animi dex-  
teritate, qvantâq; cum laude ex amina confve-  
ta sustinuerint, qvanta fiduciâ sui, qvantâ freti  
eruditione legali & eloquentia progymnasma-  
ta publica, declamatoria, lectoria, disputatoria,  
edi.



ediderint, iisq; omnibus se dignos reddiderint,  
qvibus Licentia ad summos honores & Titulos  
Doctorales aspirandi, à Facultate nostra, Te Du-  
ce & moderatore, sit jam dudum concessa & tri-  
buta. Hanc licentiam igitur ne vana spe alle-  
eti videantur impetrasse Licentiati nostri, ut  
ipsam Rem præsenti die conseqverentur, ea, qva  
par est, animi observantia, à Collegio nostro pe-  
tierunt. Cum itaq; dies præsens, & præsens con-  
vent⁹ solenni illi actui sit dicatus & consecratus,  
à Te Spectabilis Dn. Decane, & Collegii nostri,  
& meo, & Licentiatorum nomine decenter pe-  
to, ut Supplicantibus, pro eâ, qvā impræsentia-  
rum polles autoritate, & munere Procancel-  
larii amplissimo, facultatē conferre non gra-  
veris ad Supremum Doctoris Titulum & ho-  
nores aspirandi: Hoc ipsum beneficium, qvod  
ex mente Divi Hadriani nō tam petendū, qvā  
præstandū est, & toti Collegio nostro erit gra-  
tissimū & honorificum, qvod & me & Licen-  
tiatos nostros Tibi devinciet qvā maxime ad  
qvævis observatiæ debitæ & alia studia prom-  
ptissime Tibi, Vir Magnifice, exolvenda.

PRO-



## *PROCLAMATIO PUBLICA.*

**Q**uodigitur felix, faustumque totique Ecclesiæ & Reip. nec non nobis omnibus salutare sit, Ego VVERNERUS THEODORUS MARTINI, Jur. Doct. legitimè promotus. Ser. Elect. Sax. in Supr. Appellat. Judicio Consiliarius & Pandect. in hac Academia Prof. Publ. auctoritate Cæsareâ Imperiali, quâ impræsentiarum fungor, Collegii nostri Amplissimi Nomine communi      TE

### **ERNESTUM WILHELMUM VOGELIUM**

Misnensem, hujus Academiæ & Consistorii Ecclesiastici Proto-Notarium, nec non Curiæ Electoralis Advocatum Ordinarium.

**TE JOHANNEM ZACHARIAM NÆFIUM**, Chemnicensem, Jurium Practicum.

**TE HEINRICUM BEINRADUM**, Dresdensem, itidem Jurium Practicum.

**TE LUDOVICUM LENTZIUM**, Dresdensem, Juridicæ nostræ Facultatis Assessorem & Consistorii Ecclesiastici Advocatum Ordinarium Juratum.

**TE GODOFREDUM NICOLAUM SCHLEENSTEIN**, Wittebergensem, Juris Practicum.

F

Uni-



Universos & Singulos, Singulos & Universos,  
Doctores Utriusque Juris, tam Canonici, qvam  
Civilis, creo, promoveo, creatosqve publice re-  
nuncio, proclamo, In Nomine Dei Patris, Filii,  
& Spiritus Sancti, Eandemqve Sacrosanctam  
Trinitatem, tanquam omnis Sapientiae fontem,  
ardentibus suspiriis adoro, precorqve, Ut Vos,  
Vestraqve studia, regat, feliciter provehat, ac be-  
nigne fortunet, in Nominis sui gloriam immor-  
talem, Academiæ hujus incrementum & Ve-  
strum omnium incolumentem & felicitatem  
perennem.

Nec verò negligendi sunt ritus à Majori-  
bus nostris solennitatibus & festivitatibus Do-  
ctoribus adhibiti, tam moris, qvam splendoris  
conservandi gratiâ.

*I. ADDUCO ET COLLOCO VOS IN CA.  
THEDRAM SUPERIOREM.*

Tanquam Jurisprudentiae officinam  
publicam, & theatrum docentium augustissi-  
mum, ut potestatem vobis tribuam &  
concedam largissimam, ex tam conspicuo &  
edito loco, utrumq; Jus, tam Canonicum, qvam  
Civi-

Civile docendi, explicandi, interpretandi, De-  
Eo Disputandi, nec non de jure Respondendi,  
pronunciandi, & consulendi. Publice vos sisto,  
ut & Docentium & dissentiuū ordini, qvam Ma-  
gistratui, qvam populo, haud sitis incogniti, sed  
publice constet & proftet Vestrā laus & scientia,  
imprimis vero, ut sciatis & credatis, non Vobis,  
nec Vestræ solum familiæ, sed Patriæ, sed univer-  
sæ Reipublicæ esse creatos & renunciatos Do-  
ctores.

**II. TRADO VOBIS PUBLICE LI-  
BROS APERTOS.**

Ut probe consideretis, non vana somnia,  
nec jura cerebrina, sed publicâ autoritate & ab  
eo, qui legis ferendæ potestatem habet & Maje-  
statem in Rep. condita, sancita, promulgata, eo-  
rumque volumina vobis diurnâ nocturnâque  
esse manu evolvenda, legenda, & relegenda,  
docenda, tractanda, & in usum Reip. transfe-  
renda, in scholis & judiciis publicis. Neqve plus  
tribuatis privatis Doctorum opinionibus, qvam  
Legibus & statutis publicis.

F 2

**III. CLAU-**

### *III. CLAUDIO ITERUM HOS LIBROS.*

Ut si res postulet, & necessitas efflagitet, & de jure Respondere, & prompte alios docere in scholis, nec non ea, qvæ legistis domi, publicè vel in judiciis, vel Collegiis Juridicis, tanquam ex thesauro memoriæ recondito, promere possitis & sine hæsitatione proferre in publico. Cum Jurisprudentiæ finis non sit, speculationibus & Tricis inhærere theoreticis, sed hæc optima Philosophiæ & Jurisprudentiæ pars est Teste Plinio secundo: agere negotium publicum, cognoscere, judicare, promovere & exercere Justitiam, qvæqve Philosophorum & JCtorum libri docent, in usu habere. Satius est illa facere, qvam totos dies legendo, audiendo, dicendoqve consumere.

### *IV. PILEUM CAPITIBUS VESTRIS IMPO NO.*

Insigne illud libertatis Romanæ, qvæ inæstimabilis res est. Innuit hoc ornamentum Capitis libertatem mentis, qvâ distincti & separati estis à plebe, qvâ thesaurum gestatis omni Auro

Auro argentoqve pretiosiorem: Ne mancipia  
porro sitis vulgi, nec non vanarum & cerebri-  
narum opinionum, sed veram ametis liberta-  
tem, qvæ est parere & ob secundare Deo, RE-  
GI & LEGI. Deniq;, ut solliciti sitis pro Capite  
Reip. & Principe, nec non pro salute capitis, vitæ  
& bonorum proximi Vestri, innocentesqve  
ab injuriis aliorum defendatis & quantum ju-  
stitia permittit, protegatis, memores, qvod pro  
capitibus civium, dissentium, clientum, aliquan-  
do sit vobis reddenda ratio.

## V. ORNO DIGITOS VESTROS

ANNULO AUREO.

Hoc ipso tribuo Vobis Ordinis nostri, mi-  
litiæqve togatæ dignitatem & nobilitatem, à  
summa Majestate Imperatorum & Statuum  
Imperii Doctoribus æqvali lance & Jure cum  
Militaribus & Eqvestris ordinis Viris conces-  
sam, & variis privilegiis munitam: Haud enim  
Imperatores gloriosissimi pro Rep. illos solum  
militare crediderunt, qvi gladiis clypeis ac  
thoracibus nituntur. Sed etiam JCtos Causa-  
rumq; Patronos, qvi gloriosæ vocis consili mi-

F 3

nime

nime laborantium spem vitam & posteros defendunt. Nec res magnæ armis tantum, sed & consiliis geruntur, & tam belli, qvam pacis tempore, feliciter perficiuntur : ut plus conferat Reip. Consilium Prudentis Unicum, qvam opera mille armatorum. Ex qvo discatis, hanc nobilitatem non concessam vobis, ut vestram, sed Reip. & Principis qværatis salutem & honorem.

## VI. ADDO TANDEM OSCULUM.

Osculum pietatis, qvod debetis Deo, Osculum reverentiaz, qvod debetis Principi, Osculum fidei, qvod debetis Reip. Osculum Pacis, Amoris, Veritatis & justitiaz. qvod debetis Proximo. Ut porro strictum jus temperetis osculo æquitatis & clementiaz, ut litigantrium animos letariatis osculo amicabilis transactionis: ut juris scientia imbuti legalitatem misceatis osculo humanitatis: ut jura sciatis magis ad execrandas sopiaendas & dirimendas, qvam exosculandas & protelandas lites. Et denique, ut juris divini & humani Doctores procul arceatis rixas rabularum & Calumniatorum, & secundum regulas divini Codicis. Vos in vicem exosculemini, idqve ipsum qvod vultis, ut faciant vobis, faciat is aliis. Denique exosculemur Omnes Filium Dei unigenitum, ne irascatur nobis, neque pereamus in via, sed vivamus in æternum.

DIXI.

Restat ut alter ex Doctoribus novis resolvat qvæstionem à puerō propositam, Alter Deo & splenditissimo Auditorio gratias agat.

ORA.



# ORATIUNCULA & QUÆSTIO

Novis Doctoribus post actum Proclamationis

à PUEBRO JOHANNE JACOBO MARTINI, Promo-  
toris Filio natu Majori, proposita & memo-  
riter recitata.

SER. ELECT. SAXON. LEGATE SPLENDIDISSIME.

Magnifice Academiæ RECTOR,

Viri illustres ac Generosissimi, Maximè Reve-  
rendi, Consultissimi, Experientissimi, Nobilissimi, Excellentissimi,  
Spectatissimi, Clarissimi, Patres Academiæ conscripti, omni-  
um ordinum Auditores honoratissimi.

**D**Um in splendidissimo hoc confessu verba  
mibi facienda sunt, ante omnia Vos,  
Consultissimi ac Nobilissimi in utroq;  
Jure Doctores, publicè jamjam renunciati, pio e-  
stis voto compellandi. Faxit Deus, ut honores mo-  
dò collati vergant in supremi Numinis gloriam,  
Reipublicæ literariæ & universæ hujus Academiæ  
incrementum, vestrum autem omnium ac singu-  
lorum commodum & felicitatem!

Cæterum, cùm & dubium quoddam à me sit  
vobis proponendum, occurrit mihi illud, quod est  
de Religione: Num scilicet de verâ Religione adhuc  
liceat disputare vel dubitare? Videtur hoc ipsum  
dubium haud inconveniens huic loco & Templo  
sanctissimo, ad cuius valvas ante seculum & ali-  
quot

de-  
&  
m-  
rat  
O-  
no-  
sed  
m.  
  
eve-  
be-  
vod  
scu-  
atis  
outi  
atis  
am  
sdi-  
ula-  
Co-  
vul-  
nur  
eq;  
  
oue-  
  
RA-



QK Ye 354


quot Annos alter ille Paulus & Megalander Lutherus, publicas suas ad disputandum affixit contra Tetzelium Theses & proposuit. Cum nempe vera illa Religio non videatur dici posse, de qua adhuc potest dubitari, vel disputari, in bene constituta Republ. nec tolerandum esse hoc disputandi exercitum & concessum apparet. Et cum verò in omnium animis Religione nihil prius, nihil antiquius esse debebat, vera Religio à Principibus tuenda magis erat, propaganda & conservanda, nec privatis hæc potestas, ut illam tot controversiis & fallaciis implicarent, concedenda. Cum ergo hoc dubium ipsem ob teneram etatem meam, quæ tantis controversiis decidendis impar est, mihi eximere non possum, Tibi, Vir Consultissime, Dn. Doct. VOGELI, qui primum locum tenes, illud resolvendum relinquo. Quod ut protuâ, quâ polles, prudentiâ & legalitate, jam facias, eâ, quâ decet, animi submissione & debita observantiâ rogo. Pro quo beneficio Tibi vicissim studia ac officia mea, qualia his Annis expectari poterunt, offero, ac modestè polliceor, quovis loco ac tempore prompta ac parata.

VS 77

M.C.



ponere  
esse inc  
ne nor  
ctare i  
& libe  
riæ pro  
tiorem  
Secund  
care vi  
Doctor  
templi  
& Nob  
Juridic  
vel ex  
quadan  
& devot  
demur  
petente  
mabile  
pium, o  
rem agg  
simul in



nitte ntibus  
atque origi  
n ipsam tra  
præfationes  
ositæ mate  
nus, eviden  
tellectum..  
nec ego pec  
honorum,  
tedia hujus  
nsultissimis  
ltate nostrâ  
præfatione,  
& solenni  
rtim ex piâ  
iani, tunc  
er & com  
lecens & a  
it, imo im  
s manibus  
notam in  
o & cultu  
divi-